DISPVTATIONVM

DE INDVLGENTIIS, ADVERSVS NOSTRAE TEMPESTATIS HAERETICOS,

ad patres S. concilij Tridentini.

LIBER VNVS.

In quo, Eccleſiæ Romanique Pontificis, ad eas conferendas auctoritas, eiuſque auctoritatis antiquiſſimus uſus, cùm ſanctorum ueterumque Patrum monumentis, tum apertis ſcripturarum teſtimonijs aſſeritur, & Hæreticæ omnes in hac parte calumniæ refelluntur atque exploduntur.

F. Michaële Medina Hiſpano, ſacræ Theologiæ magiſtro, ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, Theologo Regio AVCTORE.

Acceſſit quarti articuli ſymboli Apoſtolici interpretatio, Eodem auctore.

CVM PRIVILEGIIS.

Num. 6. Cap. 7. num. 30.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS,
Ex officina Stellæ, Iordani Zileti. M D LXIIII.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum.

4

VERA

Probatur utriuſq; teſtamenti ſcripturis, remanere in homine, poſt acquiſitam iuſtitiam, temporarias quaſdam pœnas, hic per opera pia, aut poſt mortem luendas, neque omnes in ipſo iuſtitiæ aduentu, ut hæretici docent, reatus aboleri. Cap. I.

SED ad primum iam accedamus, quod quàmuis in hoc ſacro concilio iam olim aduerſus noſtræ memoriæ hæreticos decretum fuerit, non eſt nobis tamen uicio uertendum, ſi hic, ubi contra eoſdem hæreticos, quibus ludibrio ſunt ſemper ſanctorum conciliorum decreta, decertamus, idem repetamus, ipſa materiæ, quæ id tanquam fundamentũ ſupponit, neceſsitate compulſi. Vniuerſi enim hæretici, qui in indulgentiarum ſacrarum eccleſiaſticũ uſum graſſantur, hoc quaſi unico fundamento connituntur, quòd poſt peccatoris reconciliationem, gratiamque cum Deo reſarcitam, nullum debitum pœnarum maneat, ſed omnia delicta batiſmali more, cum ipſa culpa condonentur. Sic enim Vuicleſus & Vualdenſes colligebant, Cum ipſa culpa pœna quoque omnis indulgetur, non igitur eſt purgatoriũ; & deinde, ergo non eſt opus indulgentiis, quibus pœnæ purgatoriæ compenſentur. Lutherus uerò ita arguit. Fides hominem Deo reconciliat, omnemque culpam cum pœna condonat, non eſt igitur opus indulgentiis, quibus reliquæ ex peccato pœnæ compenſentur. Nos igitur qui indulgentiarum uſum propugnandum ſumimus, alia ratione inire diſputationem non poſſumus, quàm ſi prius eorum fundamentum, cui tantopere fidunt, ſubuertamus & è medio auferamus.

ITAQVE, non ſimul cum culpa Deique offenſione, pœnas omnes peccatorum indulgeri, ſed poſt condonatam culpam pœnamque ſempiternam, quæ Dei inimico debebatur,

quaſdam

EXPLICATIONES IN QVARTVM SYMBOLI APOSTOLICI ARTICVLVM,

F. MICHAELE MEDINA HISPANO
ordinis Minorum regularis obſeruantiæ
Theologo Regio Auctore.

Cum priuilegio.

VENETIIS,
Ex officina Iordani Zileti MDLXIIII.